llegere debemus· qui tunc in morte obdormiunt·
to· carnali delectatione claudunt· Ipse e(st) enim 4
icus· De quo inimico· hic subditur· Nequando
u aduersus eum· hoc de diabolo et angelis ei(us) dicit·
ast ee uictorias· De quibus et hic subditur· Qui tribu
s fuero· Talis enim illorum e(st) consuetudo· ut tunc
quando deceptos a se cognouerint ista possidere·
nificat infidelis anime mutabilitatem· que tunc
mittit· quando se a fidei firmitate submouit;
dicit· Prouide[…] d(omi)n(u)m in conspectu meo
… nullaterus adde[…] conuertitur· sic quando tunc
itatis ianuam· dep[…] XVI· Psalmus
eam· Apud d(omi)n(u)m certum e(st) habere iustitiam· uocem
fecta· cuius et causa clamat et lingua· actus
Perfice gressus meos in semitis tuis· Perfice dixit·
meritorum perfectio […]· Gressus· humanas signi
ntis· id (est) in mandatis d(e)i· si deuoti gradi(a)m(ur)· ad ce
mus; Exsurge d(omi)ne· preueni eum· et subplanta
impio· Exsurge d(omi)ne in uindicta contra diabolu(m)·
t malum· et subplanta eum ut n(on) possit exercere
a ab impio· id (est) a diabolo· XVII· psalmus
udo mea […] d(omi)n(u)m· qui mandatis ei(us) deuotus
mea· q(uia) a te dona […] uirtutem· inimicis meis
amentum meum et refugium meum· et liberator meus·
modo firmamentum· mod[o r]efugium· modo liberator·
tor· modo cornu salutis· et modo susceptor·
t· Magnum sacra[men]tum in hoc sermone tenetur·
es celorum· quando gabrihel archangelus ma
ntiauit saluatoris· et in na[…]tate ei(us) angelis

7.

bitur· et confracta peribit· et cornua iusti· id (est) gl(ori)a populi xpiani
firmitatem erigentur· quo in etern(a) pulchritudine illorum exaltatio p(er)manebit
In die tribulationis mee d(eu)m In septuagesimo sexto psalmo di(citur)
exquisiui manibus meis· Manibus meis· operibus dicit bonis· que di
uinis noscuntur conuenire mandatis; Cogitaui dies antiquos· et an
nos eternos in mente habui· Cogitauit dies antiquos ada(e) uidelicet·
quibus humanum genus peccatis tenebatur obnoxium· Sed contra dies
antiquos annos ponit eternos· q(uia) sicut isti in momento depereunt· sic
futuri in perhenni longeuitate consistunt· In istis mors dominatur·
in illis uita regnat perpetua· et secura permanet felicitas; Et me
ditatus sum nocte cum corde meo· Meditatur enim cum corde suo· qui
anima(m) sua(m) facit aliquid cum ratione tractare· cum illa enim loquimur
tacite· cum illa exercem(us) quieti· Exercitabar et scopebam sp(iritu)m meum
Scopebam dicit sp(iritu)m meum· id e(st) uigilabam· et quasi agrum effodiebam·
ut ibi mitterem semen doctrinarum d(omi)ni· Sp(iritu)s enim uirtus e(st) anime·
que intentiones ei(us) semp(er) implere contendit; Multitudo sonitus
aquarum· uocem dederunt nubes· Multitudo sonitus aquarum e(st)· quan
do psalmodia dulcis offertur· quando gemitibus ad lacrimis culpa dilu
itur· et d(e)o gr(ati)as pro suscepto munere retribuunt· Sed quare sit factus
iste sonitus dicit· q(uia) uocem dederunt nubes· id (est) p(rae)dicatores· quando
precepta d(omi)ni in toto orbe terrarum innotuerunt· et populis deuotioni
studia contulerunt; Et enim sagitte tue transeunt· Sagittas hic
euangelistas dicit· qui p(rae)dicationibus suis cordis intima medicina
li(ter) transfoderunt· non inflicto uulnere· sed salute· Vox tonitrui
tui in rota· Vox tonitrui egressa e(st) in rota· quando p(rae)dicatores
xpi circulum totius orbis uerbo tonantibus impleuerunt; Inluxerunt
coruscationes tue orbi terre· Coruscationes precepta dicit ueri
tatis· diuino lumine radiantia· que tenebras hominum peccatorum mun
di salutari fugauerunt· Commota e(st) et contremuit terra· Terra
enim que commota et treme facta e(st)· rationabilem significat homin

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 9377, 7r – Expositio in psalmos
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-bcsz/2519/41633)